Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

contine manum tuam: et huic asello quem
sedeo paululum aque ad bibendum indul
ge. Qui ait. Si necessarium ducis anim
al tuum adaquare accede ad puteum
et hauriens dabis ei. Nam ego quod cum la
bore detuli non prebeo. Et hec dicens preteriit.
Quo discedente, veniens mulier et
ipsa deferens aquam in ulna, dixit ei si
militer vir dei. Que ac si rebecca quon
dam audiens nuntium dei, et tibi prebeo
ait et asino tuo potum: nec michi labor est
ut iterum hauriam tantum voluntas tua fi
at: qui iter pergens, necessitatem pateris.
Et posito vasculo dedit asino illi bi
bere. Que iterum hausta aqua impleto
vasculo revertebatur ad villam. Quam pro
sequens sanctus ait. Reddam tibi pro mer
cede beneficium: quia adaquasti asinum
meum. Et positis genibus intra oravit
ad dominum: ut loco illi fontis ostenderet
venam: ac statim consumata oratione dirup
ta terra fontem in medium populis admiran
tibus patefecit: qui usque hodie benefi
cium prebet hominibus commanentibus in ag
ello. In huius enim fontis ore est lapis
in testimonium qui vestigium retinet a
selli illius super quem sedit sanctus antistes.

Nec illud silendum puto quod hec tem
pore cum plato episcopatum pictave ur
bis adeptus est virtus sancti fuit ostensa.
Domus adiuncta ecclesiastice domui in
cendio maximo cremabatur: ac scintille
cum carbonibus super domum ecclesie vento im
pellente cadebant: sed ille de pulvere
beati sepulchri secum habens elevatum
crismarium contra ignem. exortus subi
to ventus vento illi contrarius flammas
tecto ecclesiastico defendentes: aliam pe
pulit in partem: et sic domus ecclesie liberata [est].

Cum autem puer eius in vali-
tudine acerbissima febre exustus iaceret
in lectulo: etiam quasi exanimis haberetur
ut de hoc pulvere de luto porrexerit infirmo.
protinus fugata febre puer convaluit
de labore. Sed ad basilicam sancti revertamur.

Cum autem ante hos annos terre
motus magnus terram concuteret. cunc
taque valde moveretur. quasi in uno mo
mento casura: leodulfus quidam vehe
menter ab eo excussus: non solum sensu mul
tatur: sed etiam omnibus membris debilis est ef
fectus. Qui veniens ad basilicam sancti
turonis et orationi paucos dies incumbens.
et voci redditur et sensui. et membris omnibus
quasi redivivus sospes est redditus.

Nec illud pretermittendum puto quod
innocens homo accusatus per calumnias
malorum adducebatur ad urbem vinctus
loro ut truderetur ergastulo. Cumque ante
basilicam sancti petri apostoli in publicum addu
ctus aggerem devenisset: dissolute sunt
manus eius. dixitque custodibus. In hoc
apparet me iniuste ligatum. quia mee
manus divinitus sunt solute. Tunc
illi indignantes. arcius eum restrinxerunt.
et insuper adhuc alio loro pligamine
adiecto: ut ita dicam vincula ipsa iunx
erunt. Contigit hoc eo tempore ut nos
de basilica sancti martini per plateam ve
niremus. hii cum nobis in obviam venien
tes appropinquarent. ut primum sancti basi
licam homo vinctus aspexit. solute sunt
statim manus eius: exiliensque de caballo
in quo sedebat. pedes nostros arripuit
exponens se iniuste damnari. Sicque
nobis cum iudice colloquentibus absque
fatigatione discessit.

Commune serenati hominis nostri. cum
de cultura viro permisso rediret. subi
to nititur manus dilapsa conmitancium